227
E 74


200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

~~D. K. I 68~~
227 E 74
NK. 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Tymannus
Zwollis, Petri de Os
Breda initio Sac. XVI.

c. 1507

cf. Immanuellis Rusemundus
in salutationes angelicas – decentis
carmine decastichon &c. – (1507)
– Bibl. publ. Daventr. – 4°
c. ed. cum xyl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Rodolphi agricole carmina in diue Anne laudē.

p lege sua morimur ... nos ... dei ... [illegible]

Quamdiu sub lege uiuimus, q lege peccati morimur qn libido peccandi perit, et rursus uita assistam, in quo alteri uiro, Christo, q etiam ex mortuis surrexit, copulamur, et lex rursus ubi nos accusat et condempnat, est mors: qui ... [illegible] ... penitete ... legis peccatum ... morte ... Ade in carne nostra ... in illa ipsa carne adhuc uiuat, q nunc p lege mortua est, ut non libere peccet aut ...



peccet inspirata a spu ... gratia nos alteri et noue uite ... eramus mortui ... uiuemus, qui alteri uiro adhe... Sic ... morior legi ... per ... peccatorum ... tedetque, etiam ... in obedientiam, ut ... ipsa manet ... et ... contra spm rursus ... Quare tota christiana uita nihil aliud est quam ... in pma, ... lege dei ... hominis non ... qua lege nos ... furtiua, qua deo subtrahimus,

nos ... sicut ... furtiuis excepta ... ex ... carnis ... Christo ... quia nos ... indignos ... a peccatis solui, et ... Et ... erigit se in contrarium, ... bono, ... ad ... Ephes. 4 ... ad ... nouissima peciora ... serio ... carnis, sicut ... in hac uita ... ne superbi euadamus ... bonos ... Potestis, q se saluat ... dignos ... dei ... nos ... morte ... dei ... nos ... dei ... non est uita, bonum, consolatio, gaudium, pax, ... horor et ... insufficientia

KONINKL. BIBLIOTHEEK 's GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Rodolphi agricole Anna mater incipit.

ANna parēs ſūme genitrix venerāda parētis
Que pandis populis prima ſalutis iter.
Atqꝫ partis matrem: cuius quem non capit orbis
Ipſe libens ſubijt viſcera caſta deus
Te cano: tu ſancti poſco mihi carminis hauſtus
Ingere voce ſacra pectora noſtra rigans.
Aſt mihi ſi centum ſint vno pectore mentes
Et totidem linguas. tot moueamqꝫ ſonos
Nulla tamen te digna queam preconia laudum
Dicere nec meritis te cecinisse modis:
Exuperat quoniam mortalis carmina laudis
Uirtus: qua ſuperas ſidera ſumma poli
Gloria maior et hec: cui non certauerit vlla:
Quam tibi pre cunctis filia clara tulit.
Filia: qua maius nihil eſt meliuſue creatum
Germine mortali. filia virgo parens
Filia: qua ſummo potuit deducere coelo
Corporis et noſtri claudere veſte deum
Quamqꝫ vocat matrem ſummi ſapientia patris
Et matrem trepidi nos miſerumqꝫ genus:
Natus ab hac ille eſt: ⁊ matrem natus honorat
Audit ⁊ humanas hac per hibente preces
Anxia quam nunqꝫ miſerorum vota fatigant
Sed placidam meſtis porrigit vſqꝫ manum
Hancqꝫ petit ſibi ſpem: cui nil ſperare relictum eſt
Hanc portum medio naufraga turba mari
Viſceribus parta eſt hac anna tuis: et ouanti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Gaudia magna patri. gaudia fertqꝫ tibi.
Utqꝫ futura fuit: qua poſt ſuſpiria riſum.
Gaudia poſt lachrymis. leticiamqꝫ daret
Nata ſtatim meruit ſic exhilare parentes.
Auſpiciumqꝫ ortus gaudia ferre ſui.
Scilicet iſtud erat: quur ſpes dilata parentũm
Torqueret cupidos per ſua vota diu
Celitus et fruſtra tribui ſibi ſepe rogarent
Prolem: nec poſſent flectere vota deum
Jam ſinerentqꝫ precer. iam triſtia pectora meror.
Et deſperantum clauderet ora dolor.
Jſtud erat: leta caperent quod munera mente.
Difficiliqꝫ foret gratia plena bono
Quod venit ex facili: faciles ſegneſqꝫ tenemus
Quod ſpe. quodqꝫ metu torſit: habere iuuat
Quin decuit tantũm longa expectatio partum
Et magnam magnas anteuenire notas
Ergo bonus ioachim ſteriles quum degeret annos
Atqꝫ foret superum munere prolis egens.
Forte pios venit: templis vt ferret honores
Et ſibi placaret victima ceſa deum
Protinus horrendum verbis et voce ſacerdos.
Jntonat: et ſacris iuſſit abire locis
Ocius heus inquit: procul hinc procul eſto ꝓphane
Neu te grata deo munera ferre putes.
Nec mihi credideris. deus eſt: cui credere debes
Jlle tuas clauſa reijcit aure preces
Ni faceret: pridem coniunx tua feta fidelem
Augeret populum munere leta dei.

Nunc neqꝫ prole iuuas gentem. benedictio nec te
Sacra dei tangit. tu quoqꝫ cede ſacris
Cede ſacris. aras donis nec pollue ſpretis
Que neqꝫ grata deo. nec mihi grata dabis
Dixerat antiſtes. ioachim nihil hiſcere contra
Sed rubet. et meſtum fert celer inde gradum
Inqꝫ ſalutem vite thalamiqꝫ ſodalem
Linquens alta gregum paſcua ſaxa petit
Paſtorum qua fida manus: quibus additus ille
Et gemitu pectus vexat. ⁊ imbre genas.
Inde manus oculoſqꝫ ferens ad ſidera celi
Sic inquit. gemitu prepediente ſonum
Quem coluere patres abrahamqꝫ iſaacqꝫ ⁊ iacob:
Sancte deus: qui audis omnia. quiqꝫ vides
Scis vt mente tibi ſim cordeqꝫ deditus omni
Et mihi qua vires ſunt: tua iuſſa ſequar
Te rogo: quando nequit vis hoc humana mereri
Quod veneror: dignum teqꝫ piumqꝫ putes
Et mihi da charam fecunda coniuge prolem.
Atqꝫ pium liceat nomen habere patris
Nec tam prole ſuper moueor moueor licet illa
Multum: fas ſit. ⁊ haud improba verba precer
Quam mihi ne cultuſqꝫ tuus ſoluendaqꝫ dona.
Obſint. atqꝫ pie te coluiſſe veter
Utqꝫ licere ſciam: tu quouis munere firma.
Aut prole. aut alio. ſed rogo prole magis
Sic agit: aſt illi celeſti miſſus ab arce.
Nuncius aſſiſtit talia verba ferens:
Parce deum lachrimis inceſſere parce querelis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Audiris. iubet hec me tibi ferre deus
Uade domum. dabitur tibi: qđ petis. āna tūmētes
Prole feret gaudens vxor amata ſinus
Nec erit: vt dicas: eſt tanti cuncta tuliſſe.
Tam clarum populis proferet illa decus.
Dixit. et in tenues ſublatus proximus auras
Fulminis vt rapidi ſtridula flamma fugit
Ille ſtupens facieqȝ in terram pronus adorans.
Uoce deo grates fer dupliciqȝ manu
Luna ſed interea quinos compleuerat orbes
Neſcia coniugij dum forer anna ſui:
Seu viuat ioachim Seu morti ceſſerit atre
Ut quoqȝ mos trepidis: peſſima queqȝ timet
Aduenit. et meſtam ſolatur nuncius idem
Et pauidam mentem ſpe meliore fouet
Inde domum letus ioachim redit: omnia conſtant
Pollicitis. nono menſe fit anna parens.
Non animis. non voce puto leue claudere cui quam
Quis fuit his recti. quis pietatis amor.
Qua meruere ſacri virtute fideqȝ parentes
Uota ferant tantis vt cumulata bonis
Grandis enim meriti celeſtes cernere vultus.
Cernitur. et gabriel proximus aſtat eis.
Grandeqȝ iam veteris ſolatia ſumere luctus.
Attulit e celo nuncius almus opem
Grande ratas precibus natura vertere leges
Uerterunt. ſterilis fit modo leta parens.
Et magnam feciſſe deo non irrita vota.
Uincit at illorum ſpemqȝ preceſqȝ deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Quid tanta prolem: quando hec eſt omnia ſupra
Maior et humanis nobiliorqꝫ bonis.
Sed tamen accipiunt. et quum contingere votis
Cetera non ſperent: hoc neqꝫ poſſe putent.
Naſcitur ergo. ſacriſqꝫ ſalutat fletibus orbem
Que mūdi lachrymas tollere prima venit
Virgo maris terreqꝫ decus. decus etheris alti.
Naſcitur. et roſeo percipit ore diem
O dulcis pietas. o gaudia. quis fuit illic.
Plaudendi trepidis leticieue modus
O ſi ſancta ſcias mater: ſolatia mundo
Que dabit hec: oculis quam manibuſqꝫ tenes
Utqꝫ ſit hec quondam ſummuz paritura tonātem.
Et mortale deo compoſitura genus
Leticie tante ſatis vna ne pectora credis.
Totqꝫ tuo poterunt gaudia corde premi:
Ut ſine ſpe mater fias. nate quoqꝫ mater:
Cui matris decus et virginis adſit honor.
Quodqꝫ ſit his maius. nate: que feta ſuperno
Flatu: hominem ſimul et ſit genitura deum
Salue ſancta parens: et tu nata inclyta ſalue.
Quas caro. quas pietas: has quoqꝫ iungat honor
Natam mater amas. et nate mater amaris
Laus capit vna duas: vt tenet vnus amor.
Bis tamen anna potens hoc partu. biſqꝫ beata
Es prolis titulis nobilis atqꝫ tuis
Conſpicuos preſtant alios benefacta parentum.
Tu contra nate nobilitate nites
Magna quidem meritiſqꝫ tuis pietate fideqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Quis neget: at nata hec ſplendidioꝛa facit
Acceptumqꝫ refert munus tibi maximus oꝛbis
Hanc: poſt dona dei cui bona cuncta refert.
Heſter quod populum ſcelerati fraudibus aman
Eruit. et regis mitioꝛ ira fuit.
Judith et hebꝛeis ferrum flammaſqꝫ minantem
Hoſtem tartareas fecit adire domos
Laudibus et canitur iudith: et laudibus heſter
Semper et eternum nomina clara tenent
Et tamen exiguos perituris addidit annos
Utraqꝫ. et hec meriti ſumma duabus erat
Ne vite nec opuꝫ fieret ferus arbiter hoſtis
Neu natus ferat. aut vxoꝛ amata iugum.
Magna quidem. fragilis ſed vite munera. queqꝫ
Sint qui habeant: ſint qui non habuiſſe putant
Quanto tu maioꝛ. quanto felicioꝛ anna
Que das: quo mulier plus nihil vlla tulit
Natam que celo dominum deduxit aperto.
Rurſus et ad celos hinc patefecit iter
Natam queqꝫ deiqꝫ hominum commercia pꝛima
Reddidit. et pacis ianua pꝛima fuit.
Que non hoſtiles clades. non barbara ferri.
Uincula. nec quantum flamma fameſue queunt
Non quantum mare terra queunt aetherue minari
Coniurant licet. et perdere cuncta velint.
Sed que reppulerat veterem cunctoſqꝫ pꝛementem
Iram: quam meruit per genus omne parens.
Diras que nobis terras dedit. ethera clauſit.
Pꝛoꝛſus. et abrupit federe cuncta dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Quam ſequitur :quicquid celo terrãq; timemus.
 Et labor ⁊ dolor ⁊ mors fera dente minax
Hanc vicit tua nata parens. ſeuumq; leonem
 Uertit. et hunc agnum preſtitit eſſe dei
Et dominum ſummis in ſe detraxit ab aſtris.
 Parcere culpe hominū factum hominemq; docet
Tu felix igitur ⁊ tanta prole beata.
 Anna precor noſtras ſume benigna preces.
Quod potes atq; facis. nata tu mater adhortans
 Uota ſimul iuncte reddite noſtra deo.
Non erit: vt quiſquam duce te diffidere votis.
 Debeat: oratu fac modo vota iuues
Te duce quiſq; ferat rectos ad ſidera vultus
 Nec timeat vanas inualidaſq; preces
Nil tibi nata negat. nil et negat ille parenti
 Ille colit matrem: te quoq; nata colit
Ergo voca matrem te ſe vocat illa parentem
 Tuq; tuum tibi ius. aſſerat illa ſuum
Jam nihil expoſcent mortalia pectora fruſtra
 Quoq; voles: ſimul id nata deuſq; volent
Scilicet hec ita ſunt: et non decepta rogantum
 Spes facit: vt precibus te lachrymiſq; petant
Te cuncti fugiunt morbi palloq; doloq;
 Noxia queq; animo: corpore queq; ſedent
Quicquid id eſt. hominū quod curas cordaq; laſſat
 Tu fugit: vt ventos nubila pulſa ſolent
Quunq; forent laudi noſtre nimis: alta perennis
 Aſtra tenes ſuperis quod ſociata choris
Quod tua ſublimem te miſit ad ethera virtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Mira quidem miris muneribuſq; potens
Vitaq; per omnes numeroſq; graduſq; probata.
Cui laus. que paucis morte venire ſolet
Alloquijſuperum conſors. et leta ſtupendis
Donis. nec ſolita fertilitate parens.
Quũ nimis hec laudi: nunc quis te laudibus equet
In nos tot meritis quum tibi creſcat honor
Illa quidem ſunt ſumma: ſed hec tua gloria nobis.
Gratior: et miſeris blandior iſte fauor:
Te poſitam celo letam. et ſine fine tenentem
Prendere mens hominis que nequit. o ſue loqui
Felicem tamen hunc terris aduertere vultum
Inq; bonis tantis noſtra videre mala
Quodq; tuo fletu docta es: ſuccurrere flenti.
Triſtibus et letam ferre piamq; manum
Nemoq; quod iuſtis precibus tua numina pulſans
Sollicitis fruſtra vocibus orat opem
Hinc tibi nomen. et hinc veneratio ſacra parentis
Et qui te ſequitur: maximus orbis amor
Hinc ſpectanda nites trepido fiducia mundo.
Nocte velut tumido fulgida ſtella mari
Teq; petit ſeruus. petit etas omnis et ordo
Teq; gradus omnes diues inopſq; petunt:
Lubrica tu firmans fortune munera preſta:
Ne fugiant noſtros lapſa repente ſinus
Et bona que miſer hic vite ſibi poſtulat vſus
Aggeris. et rurſus iam fugitiua refers
Maternas partu tibi fert mater. tibi caſtas
Caſta memor nata virgine virgo preces

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Preſidiumqꝫ petit caris: quibus eſtuat imum
Pectus. adhucqꝫ rudis: corde micante prdor
Sunt: quos fama procax facta atqꝫ infecta canẽdo
Opprimit. ⁊ populi vox facit vna reos.
Sunt: quos triſtis agit luctus lacrimeqꝫ cadentis
Semper. ⁊ aſſiduis imbribus ora natant
Sunt: quos ſeuus amor telis furialibus vrget
Et pedibus victor colla retorta premit.
Poſceris auxilio: tu vulgi comprimis ora
Tu luctus releuas. ⁊ tibi cedit amor
Cedit amor. cedunt vna dolor ira paranſqꝫ.
Jam laqueos. iam enſes. iamqꝫ venena furor
Dirus ⁊ in dubĳs augur timor attulit ad te
Nec vacuum ſenſit pondus habere preces
Seu quem terga premens ſequit᷑ vis hoſtia. ſeu quẽ
Carceris obſcuri vincula ſeua tenent
Seu gemit: inqꝫ horas ceruicem tradere ferro
Carnificiſqꝫ putat colla ſecanda manu
Jlle fame. hic flammis vitam dare. rupibus alter
Precipitis ſcopuli membra rotanda timet
Quid tumido dicam qui pendet nauita fluctu.
Et iactant laceram flatus ⁊ vnda ratem
Quid vaſtis cinxit quem ſiluis ira ferarum.
Predonumue furens non minus ira feris
Tu cunctis tutamen ades. te preſide fidunt
Quoſqꝫ ſuus metus. ⁊ quos alienus agit
Fidaqꝫ non ſpernis ſuſpiria mater amantum.
Grataqꝫ pro caris ſoluere vota iuuat.
Certa loquor. magniſqꝫ mihi comperta periclis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Hecqꝫ reus voti carmina reddo mei.
Nanqꝫ ferox languor ſtratis afflixerat egrum
Non vis. non color. aut corpus vt ante manet
Victor adeſt morbus ⁊ mors ad caput ore cruento
Horrida terribili concrepat arma manu
Frigore iam febris corpus. iam coxerat eſtu.
Aeſtu: quo rapido non calet ethna magis
Aeſtu qui vires venaſqꝫ reſoluerat omnes
Quiqꝫ animo tantus: corpore quantus erat
Concutiens ſubito mores mentemqꝫ furore
Verbaqꝫ. iam totum mors quoqꝫ viſa foret
Illa potens herbis ars. ſacraqꝫ cura medendum
Ceſſit. ⁊ ingenium vicerat omne dolor
Quid faciam: quid ſperem: quez p̄cer: ãna parẽs hec
Ut ſpes vna fui: ſic erit vna ſalus.
Hec medicum numen ſimul attulit: illicẽt egris
Artubus ac animo vita vigorqꝫ redit
Hinc adeo flagrent quouis mea pectora motu
Ardeat ⁊ curis mens animuſqꝫ mihi
Atqꝫ premant magne quantumuis facta ruine.
Anna vocata mihi dulce leuamen ades
Tu mihi certa ſalus. in te mea vita recumbit
Tu dux. tu portus: tu requieſqꝫ mihi.
Te dicent igitur mea carmina. laus tua ſemper
Viuet ⁊ inſigni nomen honore feram
Quantum voce queam. quantuꝫ contendere lingua
Quantum animo. quantum flatibus ore cheli.
Laus erit anna tibi. decus anne. annvꝫ canet orbis
Annaqꝫ pro ſacro numine nomen erit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Poſtqꝫ deum: cui prima redit laus omnis in euum.
A quo laus decus et gloria cuncta venit
Poſtqꝫ tuam natam: laus eſt hec ſumma parentis
Tercia ſtans triplicem que facis anna chorum
Laus tua dicetur: tua gloria. tu quoqꝫ ſemper.
Proxima cum primis iuncta duobus eris
Ergo ades. et perfer ſuſpiria noſtra tonanti
Utqꝫ ferat placidus crimina noſtra: roga
Poſce bonã mentem nobis. ⁊ dedita menti
Debita nec vicijs corpora feda ſuis
Sit validum vires. ſit opum moderata facultas
Famaqꝫ: quam metuat tangere liuor edax
Si tamen hec proſint ſi non: procul omnia ſunto
Et iubeas laxo fundere cuncta ſinu
Quod ſatis eſt celo: ſit vite. ſe quoqꝫ mortis.
Non properanda ferat. non fugienda dies
Parqꝫ velamen quum corporis exuet huius
Mens: teneat ſummi ſplendida templa poli
Hoc pater anna velit mundi fac maximus autor
Hocqꝫ tue nate natus ⁊ ipſe velit
Hoc ſacer amborum velit ardor ſpiritus. vnus
Uiuunt quicꝫ triplex ſecula cuncta deus

¶ Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Mauritio comiti ſpegelbergi epicedion
Phoebe veni nigra crines vmbrante cupreſſo
Neue manu citharam. ſertaue fronte geras.
Et tibi dulciſono crepitu ſint carmina longe.
Proferat ex habitu ſe facieqꝫ dolor
Triſtis ades. comitem te triſtibus aduoco ſacris
Vatis vt officio funera flenda colas.
Vos quoqꝫ pierides heliconia turba ſorores
Huc et cum meſto iungite fratre gradum
Vos quoqꝫ ſi fas eſt turbare lumina fletu.
Diuum ſi lachrimas veſter habetqꝫ dolor
Famaqꝫ non vana eſt: quod fleuerit orphea mater
Membra videns threſſas ſpargere rapta nurus:
Candida iam manibus contendite pectora. iamqꝫ
Tingite purpureas rore cadente genas
Ille pius vates. ⁊ toto pectore veſter.
Mauricius cultor. veſter alumnus abit
Horrida nec timuit tam clarum tangere nomen
Nec vos luctificis mors agitare modis.
Atqꝫ tot annorum ſtudio curaqꝫ paratus
Ingenij torrens aureus ille perit
Aret ⁊ aonijs deductus fontibus amnis
Fuſaqꝫ germano caſtalis vnda ſolo
Quam primus noſtris potandam finibus ille.
Intulit ignoto pectora fonte rigans
Non illum probitas. non laus inſignis aũorum.
Non tuitus veſtri eſt. nominis altus honor.
Cuncta iacent. rapido mors omnia ſubruit ictu.

Et decus ⁊ titulos paucula claudit humus.
Quis veſtrum tanto famam iam toller honore
Gentibus artois carmina docta ferens
Eripiet morti quis nomina clara: quis actam
Poſt vitam tribuit viuere poſſe viris
Scilicet id metuens lacheſis fera funere clauſit
Os: quod functorum vita futura fuit
Os quod debuerat multis dare ſecula fame
Mortis ⁊ anguſto claudere fine manus.
Ergo agite officio tumulum celebrate dolentes:
Cum plāctu lachryme. cum gemituqꝫ fluant
Sic ego. quum ſubito mortali pulchrior ore.
Voceqꝫ viſa mihi prorſus ad eſſe dea.
Calliope puto erat ſtringebat laurea crinem
Vox quoqꝫ: que ſiluas ſaxa trahatqꝫ fuit
Hec ait et nimium meſto confuſa dolore.
Duraqꝫ dilecto funere fata gemens.
Nil eſt quod mortem culpes vel fata. nec vnquā.
Auſa foret ſacrum tangere parca caput.
Quin cupijt lacheſis ſtamen producere vite
Et noua defectis vellera nere colis
Quippe memor manes vt quondā acceſſerit orpheꝰ
Soluerit ⁊ mortis ferrea clauſtra lyra.
Eurydicenqꝫ ſuam modulato carmine poſcens
Ceperit. ah fallens irrita merces iter.
Sic quoqꝫ nunc timuit: mortis ne vincula cantu
Frangere hic cupiens rurſus ad ire diem.
Fortius ⁊ pro ſe faceret pro coniuge fecit
Quod thrax. ne cupidus flecteret ora. retro

Incipiantqꝫ homines iam paſſim carmine fata
  Flectere: ſi tantum carmina poſſe ſciant.
Hic certe faceret. nigriſqꝫ emergeret vmbris
  Sed non vmbrarum percolit ille domos:
Nec mors hunc rapuit. longis ſed feſſus ab annis
  Linquere iamqꝫ diu membra caduca petens.
Deſeruit corpus. vitam quoqꝫ vita ſecuta
  Certior hoc dedit: vt non queat inde mori.
Et cupide repetens cognati gaudia celi
  Hauſerat vnde nouo ſpiritus ore diem
Aſtra pius tenet aſtra. videns tēnenſqꝫ ſepulcrum.
  Peruolat omne: pater qua via laxā poli.
Quantus ad occaſum ſe porrigit orbis ab ortu.
  Quantaqꝫ phebeis orbita feruet equis
Et que diſcurrunt magno vaga ſidera mundo
  Que rectum peragunt. que ue retorta gradum
Quod ſpacium terris. nereus quibus eſtuet vndis.
  Queqꝫ colant gentes aſpera. plana. mare
Et mores varios varie commercia lingue.
  Artes ſiue animos. corpora ſiue iuuent
Quid valeant gēme. quid carmina ſacra. q̄d herbae
  Imo queqꝫ ſinu terra metalla premit.
Omnia nunc nouit. videt omnia. nec latet illum
  Quicquid habet celum. tartara quicquid habent.
Et gaudens leta. atqꝫ eterna ſorte beatus
  Numina ſumma videt triplicis vſqꝫ dei
I mortem accuſa nunc. fataqꝫ triſtia defle
  Mortuus hic cum ſit: quis rogo viuus erit
Tu ne hominem vitamqꝫ putas hoc corpore claudi

Eſt homo mēs. manet hec. vitaqꝫ nempe manet
Spiritus a ſuperis veſter venit inde ſolutus
Morte carens abit hinc. adſuperoſqꝫ redit.
Rettulit ad ſuperos certe hunc pietaſqꝫ fideſqꝫ
Ductaqꝫ legittimis vita peracta vijs
Ergo videns veſtras ridet damnatqꝫ querelas
Mauricius cernens ad quid: ⁊ vnde venit
Non illum cure: non ſpes dolor ira uetorquent.
Que miſeris cruciant pectora veſtra modis.
Liber, ⁊ erumpens fragili de carcere tandem
Viuit. adhuc fuerant vitaqꝫ morſqꝫ ſimul.
Nunc tantum viuit: procul ⁊ mors ethere manſit
Quod moritur: terre eſt reddita terra ſue
An ne doles: oculis quod ſit ſublatus. ⁊ illum.
Non cernens etiam luce carere putas.
Certe ſpirat adhuc. non huc obliuia ſeri
Temporis a cuncta poſteritate manent
Spirat ⁊ ingenij laus ſudatiqꝫ labores
Vis iſtud doceam me ratione loqui:
En age ſume manu: quod condidit. ⁊ lege carmen.
Voce ſua loqueris plus valet illa tua
Huius ⁊ ingenio. ſimul huius es ore diſertus
Viuit. nempe dat hic: quod potes iſta loqui
Docta: nec immerito vigilataqꝫ carmina ſperent.
Perpetuum nullo fine premente decus
Dilabuntur opes. vires franguntur. ⁊ annis.
Et morbo forme gratia capta perit
Viribus humanis ⁊ que ſurguntqꝫ. vigentqꝫ.
Viribus humanis debilitata ruunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Mentibus at vatum deus inſidet. vt caret ille
  Morte: caret vatum ſic quoqꝫ morte labor
Quid: quod in exemplum virtutum gloria cedet
  Et poterit nullo tempore fama mori
Natis quiqꝫ ſuis vellent monſtraſſe priores
  Talem: quo cuperent teſte probanda ſequi
Regula talis erit: qua diſcant recta minores
  Segnes quaqꝫ boni probra decuſqꝫ ferant
Quem memorans olim nato pater: hunc mihi dicet
  Noſſe dedit genitor: quem pater ante ſibi
Ut ſequererqꝫ iubens erit hic tibi doctor honeſti
  Inquit: et hunc ſtudijs exprime queſo bonis
Qui claris annis hauſit iuuenilibus artes
  Muſarum cupido pectore ſacra colens.
Quicquid id eſt: ſtudijs quod muſas auget ⁊ ornat.
  Moribus et mentem quod redimire queat
Preſentes quod ament. quod poſtera ſecla loquent
  Siue animi. manuum ſiue erat illud opus.
Complexus vigili meditatuſqꝫ omnia cura eſt
  Sterneret vt laudi nobile promptus iter
Utqꝫ ſolent: animos quorum fortuna tumentes
  Pregrauat: aurato flumine plena ruens
Non hunc diuitie. generis non inclytus ordo
  Lubrica non vite tempora prima mouent
Ocia pigra ſequi. ſegniue tabeſcere luxu
  Victaqꝫ delicijs turpibus ora dare.
Sed petit intenta cura meliora. colitqꝫ
  Recta. licet dura ſint adeunda via
Ergo vbi ſacra: quibus ſe prima dicauerat etas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Rite colens ſummo ſoluerat illa deo
Inde vices ſtudijs lucis tribuebat ⁊ vmbre
Non ſterilem quenquam paſſus abire diem.
Scriptaqȝ iam veterum tractabat clara virorum
Quos vetat ingeniumqȝ eloquiumqȝ mori
Libera iam numeris. docta iam lege reuincta
Poſt quoqȝ venturis verba legenda dabat:
Hinc vbi ſe virtus ad res vertebat agendas
Facta ferens docui que facienda forent.
Eſt ⁊ adhortandis que vis firmiſſima: cunctos
Exemplo: ſfugiant. quid cupiant ue: monet
Inqȝ dies ſeſe certabat vincere: ſemper.
Parta nouis augens accumulanſqȝ bonis
Non fuit hoc animus feruens. anniqȝ calentes
Sed mores. vite perpetuuſqȝ tenor
Sic puer incepit. quantum eſt cepiſſe minores
Fractaqȝ ſic didicit tempora ferre ſenex
Ne ſuprema quidem lux hunc deprendit inertem
Doctior optabat dum meliorqȝ mori
Nec latuit probitas precium tituloſqȝ recepit.
Quos tribuit meritis inclita roma ſuis
Sūma datura quidē. ſed ⁊ eſt laus hec ſua ſumma
Tollere quum. poſſet. parua putare ſatis
Hunc age nate ſequens tibi pectore fige tenaci
Ferre gradum cupiens: quo prior ille tulit
Sic olim puero ſenior. ſic ibit ad omnes
Perqȝ manus viuus poſteritatis aget
Reddi ergo terris hunc non pete. non petit ipſe
Et tibi ſi detur: ſeuius hoſte noces

Certus habet celū: cūpidi quō tendimūs omnes
Quod nos ſolicitos nocte dieq; tenet
Morte doles: magis hoc quod ſit letabere felix
Felicem gaudes: parcius ergo dole
Non amor aut pietas erit hoc: iniuria ſumma eſt:
Illi ſi quum ſint omnia leta: doles
Terge genas igitur. lachrymas ⁊ ſiſte cadentes.
Inuidiaq; premens deſine fata queri.
Ille quidem ſaluus manet. eternumq; manebit.
Et meliore loco. iam meliorq; manet
Tu tamen humanis indulge ſenſibus atq;
Laudis ⁊ officij̄ pars tibi nulla vacet
Et memori ſemper carum fer pectore nomen
Hoc tibi nox referat. hoc referatq; dies
Floribus ⁊ tumulum ſpargas lauroq; corones
Perpetuiſq; roſis oſſa precare tubent
Neſcius ac ne quis ſacra calcet buſta viator.
Hoc breue. fac carmen ſaxa notata ferant

¶ Epitaphium

Ecce ſpegelbergi comes ordine clauſus auorum.
Mauricius: pollens moribus ore fide:.
Embrica prepoſita. quo leta colonia fratre
Templo petre tuo ſacra colente fuit
Condidit hec corpus ſtudijs ſenioq; ſolutum
Laus: decus ingenij. gloria. fama manet
Pectoribus viuent hec doctis. viuat vt aſtris.
Mens ſacra. funde deo: qui legis iſta: preces

¶ Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

❡ Eiuſdem epigramma.

Poſtera quid portet dubium lux. accipe preſens.
Quod datur: et celeri proſpera carpe manu
Quodqꝫ feret tempus fert letus. et aſpera forti
Mente doma: vite ſi tibi grata quies.

❡ Aliud eiuſdem

Optima ſit vite que formula queritis: hec eſt.
Mens hilaris faciens quod licet. idqꝫ loquens.

Et ſic eſt finis. deo laus et gloria trinis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 74